contextam sportam aspexiſſe? nonne hic manus vedere? nonne sucubu
ere, nonne suam hic immodestiam ostendere, vana profecto Benevoli
tud: et si unquam, iniqua hæc certè coniectura est, tanta quippe tam
constans tam unanimis omnium continentia extitit ut prius aquam è
silice quam a pueris ictum oculi extorsiſſetis, ô verè continentiam
admirabilem, ô rarum modestiæ exemplum, proponite vobis atq; imaginā
ini stare in medio pueros parvulos, poma deinde à fronte, à tergo, à
latere, circum strepere, ac atq; insolito subitoq; strepitu inscios excire oculos
hic spectare Imperatorem qui vel solus omnium oculos rapere poterat
nisi priores rapuiſſent. puer, hic suadere, impellere, pueritiam, levem
incautam, curiosamq; ætatulam, hic ingenitum erga Pomonæ illece
bras amorem trahere, hic declivem ad malum naturam incitare, hic
indomitam oculorum libidinem urgere, hic carnem instare, hic gene
ris humani hostem suggerere, instigare, hic rubicundas pomorum rid
entium genas invitare, hic denique quod in omni re summum est præ
sentem occasionem invitos licet et reluctantes quodammodo cogere
prioraq; omnia ~~suâ~~ sua præsentia confirmare atq; promovere,
quis nunc per Deum Immortalem tot inter fortiſſimos hostes victoriam
à pueris expectaret. a pueris victoriam? cum ne Hercules quidem
contra duos. quis fœlicem eventum inter tot adversa? quis triumphum
tot inter pericula desperationis plenissima speret? imò cogitet?
imò somniet tantum? sed audistis quàm lætam, quàm fœlicem
quàm gloriosum victoriam, eventum, triumphum, tulerint, obti
nuerint, reportarint, hi pueri, hi parvuli, hi minutuli. heroes
audistis, te nunc ego diadema gemmisq; auroq; superbum alloquor,
nonne gestiebas à Conradi Augustiſſimi Cæsaris vertice in euer
orsem transilire capita? dum tam egregios Imperatores, qui sibi
imperare possent, quod longè pulcherrimum est obtulisses? nonne
tu sceptrum nobile exultabas tunc optabas desiderabas unicè tam illustri
um regum manibus gestari, ut qui se regere, sibi praeesse, se gubern
are nossent? quod longè præclarissimum laudeq; dignissimum semper
extitit? nunquid ô nunquid tu regia purpura, tunc sortem tuam